I d eſt quod ſuſpicabar. appellabo. hanc ibo uorſum.
Mul S alue multum mi pater. Sen ſalua ſis. ſ; cur ab tuo
S ervo accerſi iubeſ: quid tu es triſtiſ: quid ille aūt abſte iratus
D eſtitit: neſcio quid uos velitati eſtiſ inter voſ duoſ
L oquere uter meruiſtiſ culpam: pauciſ: non longos logoſ.
Mul N uſq̄ equidem quicq̄ deliqui hoc primum te abſoluo pater
V erum uiuere hic non poſſum neque durare vllo mō proin tu me
H inc abducas. Sen quid iſtuc autem eſt: Mul ludibrio pater
H abeor. Se unde. Mu ab illo cui me mandauiſti meo uiro
Sen E cce autem litigivm quotienſ tandem edixi t ut caveres
N e uter ad me iretis cū querimonia. Mu q ego iſtuc mi pater
C avere poſſum: Se me interrogas: n non uiſ quotiens
M onſtraui tibi viro vt morem geraſ. qd ille faciat ne id obſerues
Q vo eat. quid rerū gerat. Mu at enim ille hinc amat meretricem
E x proxumo. Se ſane ſapit atq: ob iſtanc induſtriā et faxo
A mabit ampliuſ. Mu atq; ibi potat. Se tua quidem ille cā potabit minvs
S iue illic ſiue alibi libebit q hec malum impudentia eſt:
V na opera prohibere ad coenam ne promittat poſtules: ne ve quenq̄
A ccipiat alienum apud te. ſeruirin t poſtulas viroſ: dare
V na opera penſum poſtuleſ. inter ancillas ſedere iubeas lanam carpere
Mul N on quidem mihi aduocatum pater adduxi. ſ; viro
H uic ſtas. illin cauſam diciſ ſi ille quid deliquerit:
Sen M ulto tanto illum accuſabo q te accuſaui amplius
Q uando te auratam & veſtitam bene hēt ampilla ſpen.
Mul R ecte perhibent. melius ſanam eſt mulier mentem ſumere
Mul A t ille ſuppilat mihi aurum et pallaſ ex arciſ modo
M e deſpoliat mea ornamenta et ad meretrices degerit
Sen M ale facit ſi iſtuc facit ſi non facit tu male faciſ
Q ue inſontem inſimuleſ. Mu quin et nunc hēt pallam
P ater & ſpinter quod ad hanc detulerat: nc quia reſciui refert
Sen I am ego ex hoc vt factum ē ſcibo adibo hominem/ atq: alloquar.
D ic mihi iſtuc menechme qd uos diſcertatis vt ſciam.
Q uid tu triſtis eſ: quid illā autem iratam abſte deſtituis:
Men Q uiſqſ es quicquid t nomē eſt ſenex ſummum iovem
D eoſq: deteſtor qua de re aut cuiuſ rei rerum omniū
M e neque iſti male fecisse mvlieri/ que me argvit

: Hanc domo: